

IN LIBRUM TERTIUM
C. AUGUSTINI CURIONIS
E P I T O M E.

Ferdinandi regis in Calabriam adventus & adver-
sa cum Gallis pugna. Neapolitanorum in Gallos
odii caussæ. Ejusdem Ferdinandi Neapolim redi-
tus. Venetorum in regno Neapolitano res pro Fer-
dinando gestæ. Classis a Venetis Neapolim missa. Cel-
læ farinariæ apud marcianum forum Venetiis ædifica-
ta. Pisani se se Venetis dedentes a Senatu rejiciuntur.
Thracii regis ad Senatum legatio & munera. Faventini
cum suo regulo a Senatu in fidem accepti. Horologium Vene-
tiis in foro factum. Venetorum cum Ferdinando Aragonio
fœdus. Gallorum & Ferdinandi varia in regno Neapolita-
no fortuna. Pisani a Venetis, Pontifice & Ludovico Sfor-
tia in fidem accipiuntur, & Pisani belli initium, atque pro-
gressus. Triumviri rerum navalium instituti. Lex de bona
fidei possessoribus lata. Ludovicus Sfortia a Maximiliano
Cæsare rex appellatur. Naupliorum equitum cum Turcis pu-
gna. Bernardi Contareni in regno Neapolitano res gestæ,
eiusdemque obitus. Ferdinandi Neapolitani regis obitus, &
Federici in regnum successio. Bissinianorum princeps a famu-
lo vulneratur. Gallorum Cajeta discessus, eorumdemque
naufragium. Tarentinorum de deditione & Veneti Senatus
de illis accipiendo vel non, varia consilia. Gallici morbi
origo. Maximilianus Cæsar a Ludovico Sfortia, Venetis
& reliquis federatis accersitus, contra Gallos in Italiam
venit. Res in Etruria gestæ, ejusdemque in Germaniam redi-
tus. Incendium naufragiumque passis a Decemviris prospic-
titur. Gallorum in Insubria conatus. Navalis inter Flo-
rentinos & Venetos pugna. Caroli regis e vita tollendi fa-
cultas a Senatu rejicitur.